

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput LXXXIII. Continens Historiam, Qua Pharisei Signum Petunt, Sed A
Christo Rejiciuntur, Et Eorum Fermentum Cavendum Docetur. Matthaei 16.
vers. 1. Marci 8. vers. 11.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

amicitiis sint facillimi: sed mox amicorum per-
tacti, eosdem non sine abalienati animi significa-
tione repellunt. Talis non est Servator noster:
qui cum dilexisset suos, qui in mundo erant, in
finem dilexit eos, Johan. 13. vers. 1. Discedens
autem ex hoc loco divertit non in celebrem ali-
quam civitatem, sed in loca obscuriora: *in fines*
Magdala: quæ sive civitatis sive regiuncula sita
fuit ad Orientalem ripam maris Galilææ: unde
oriunda fuit Maria illa, vulgò Magdalena nun-
cupata, cujus adeò frequens est apud Evangeli-
stas mentio. Eo autem concessit non otiandi
causa, verum ut novas quareret occasiones ho-

minibus beneficiendi. Quia enim universalis
totius humani generis Servator constitutus erat,
noluit diutius in uno loco herere, sed perpetuis
quasi peregrinationibus vacans, subinde alias
atque alias convertendi occasiones quaesivit,
sicut & hic factum esse audiemus. Marcus
dicit Christum venisse *in partes Dalmanutha*.
Et Augustinus existimat eundem locum diver-
sas appellationes habuisse: Sed vicina fuerunt
loca, non procul à Gerasa, ut D. Hierony-
mus testatur. Et quia *in fines venit*, uter-
que locus nomina-
tur.

CAPUT LXXXIII.

CONTINENS HISTORIAM, QUA PHARI-
SÆI SIGNUM PETUNT, SED A CHRISTO REJICIUNTUR,
ET EORUM FERMENTUM CAVENDUM DOCETUR.

MATTHÆI 16. vers. 1. MARCI 8.
vers. 11.

RATIO ORDINIS.

DE ἀκολούθια & consequentia hujus hi-
storiarum ad præcedentem nequaquam
dubitare licet, cum ambo Evangeli-
stæ Matthæus & Marcus inter se ex-
actè consentiant. Sicut autem
semper hætenus post insigne aliquod miraculum
Christus ipse verum sensum & usum tradidit: ita
quæ hic sequuntur historiae, eo pertinent, ut ex An-
tithesi ostendat, quam facile & variè in vero usu
aberratur. Turbas enim (ut modo dictum est)
statim dimittit: ne sequatur ille abusus, de quo
Joh. 6. v. 15. Mox verò cum fama repetiti miraculi
totam Galilæam pervagaretur, Pharisei & Saddu-
cæi, licet intra conscientiam convicti essent, esse
hoc tale miraculum, quod non nisi ex divina po-
tentia provenire possit: tamen, ut haberent, quod
exciperent apud populum, petunt signum ex coe-
lo. Jesus verò tristrem querelam & gravem re-
sutationem opponit, & relictiis illis tanta festi-
natione ad ulteriorem ripam, ad loca deserta
in ripa discedit, ut discipuli obliviscerentur pa-

nes secum sumere. Inde verò CHRISTUS su-
mit occasionem examinandi discipulos, quid
ipsi de vero usu miraculi teneant. Facit autem
hoc ita, ut admonitionem de fugiendis corrup-
telis in doctrina Scribarum similitudine fer-
menti ipsis proponat. Et ita triplex oritur dif-
ferentia eorum, qui in vero usu hujus miracu-
li aberrant. Turba errant ex ignorantia. Phari-
sæi & Sadducæi contra conscientiam id, quod
intelligunt, depravant, & ex mera petulantia
oculos in clarissima luce claudunt. Apostoli ve-
rò, cum sensum teneant, tamen ex infirmitate,
quando necessitas doctrinæ usum flagitat,
hallucinantur & trepidant. CHRISTUS verò
& hoc reprehendit. Quia non satis est doctri-
nam & ejus sensum tenere: Sed præcipuum
est, ut ad usum transferatur. Sic ergo ipsi vi-
demus hæc historias optimo & convenientis-
simo ordine ita se invicem sequi, ut simul se-
mutuo illustrent, & una alterius usum
commonstret.

DISPUTATIO PHARISÆORUM CUM JESU DE SIGNO E
COELO: ET ADMONITIO DE FUGIENDO FERMENTO
PHARISÆORUM.

MATTH. 16.

1. Καὶ ἐπεσθλόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πε-
ραζόντες, ἐπηρώτησαν αὐτὸν, σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
ἀποδείξαι αὐτοῖς.
2. ὁ δὲ ὑποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι τίς ἰσχυ-
ρῆς λέγει, ἑυδία, πῦρ ῥαίει καὶ ὁ οὐρανὸς
καθαίρει.

1. Et egressi Pharisei una cum Sadducæis tentantes, ro-
gabant eum, ut signum è caelo ostenderet sibi.

2. At ille respondens, dixit eis: Cum caperit esse ve-
stem, dicitis, serenitas erit; nam rubet caelum.

3. Καὶ

- 3. Καὶ πρωΐήμερον χειμῶν, πυρραλεὶ γὰρ τυγνάλων ὁ ἕρανός, ὑποκριτῶν, ὅτι μὴ ἀποθνήσκοντες ἔρανε γινώσκετε διακρίνειν, τὰς ἡ σημαία τῶν χειρῶν ἔδυνασθε;
- 4. Γενὰ πνηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ὀπιζήτει, καὶ σημεῖον ἔδοθησεται αὐτῇ, εἰ μὴ ὁ σημεῖον ἰωάννου ἔσσοφῆται. Καὶ καταλιπὼν αὐτὸς ἀπῆλθε.
- 5. Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.
- 6. ὁ ἡ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, ὁράτε καὶ πρὸς ἔχετε δότο τὸ ζύμης Φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.
- 7. Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.
- 8. Ἦγος ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς ολιγόπροι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε.
- 9. Οὐπῶ νοεῖτε, ἔδὲ μνημονεύετε τὰς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχίλιων, καὶ πῶσας κοφίνους ἐλάβετε.
- 10. Οὐδὲ τὰς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχίλιων, καὶ πῶσας σφύρας ἐλάβετε.
- 11. Πῶς νοεῖτε, ὅτι πῶς ἄρτους εἶπον ὑμῖν, πρὸς ἔχειν δότο τὸ ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.
- 12. Τότε συνῆμαν, ὅτι οὐκ εἶπε πρὸς ἔχειν δότο τὸ ζύμης ἔδὲ ἄρτους ἀλλ' δότο τὸ διδασχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.

- 3. Et mane, bodie tempestas, rubet enim caelum tristis. Hypocrite, faciem caeli scitis judicare, signa vero temporum non potestis?
- 4. Natio prava & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ: & reliquit illis abiit.
- 5. Et cum venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, per oblivionem non sumserant panes.
- 6. JESUS autem dixit illis: Videte & cavete à fermento Pharisaorum ac Sadducæorum.
- 7. At illi reputabant intra se dicentes: panes non sumimus.
- 8. Quod ubi cognovit Jesus, dixit illis: quid cogitatis intra vos ipsos, o parum fidentes, quod panes non sumseritis?
- 9. Nondum intelligitis, neq; memoria tenetis, quinq; illos panes, cum homines essent quingies mille, & quot cophinos sustuleritis.
- 10. Neq; septem illos panes, cum homines essent quater mille, & quot sportas acceperitis.
- 11. Qui fit, ut non intelligatis, me non de pane dixisse vobis illud, ut caveretis à fermento Pharisaorum & Sadducæorum.
- 12. Tunc intellexerunt, quod non jussisset cavere à fermento panis, sed à doctrina Pharisaorum & Sadducæorum.

MARC. 8.

- 11. Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῶν, ζητούντες πρὸς αὐτὸν σημεῖον δότο ἔρανε, περιελοζότες αὐτόν.
- 12. Καὶ ἀνασπενάξας τῶν πνεύματι αὐτοῦ, λέγει, τί ἡ γινεα αὐτῆ σημεῖον ὀπιζήτει. ἀμὲν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθησεται τῇ γινεα ταυτῆ σημεῖον.
- 13. Καὶ ἀφῆκε αὐτὸς, ἐμβας πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.
- 14. Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους, καὶ εἰ μὴ ἓνα ἄρτον οὐκ εἶχον μετ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοῖῳ.
- 15. Καὶ διετέλλετο αὐτοῖς λέγων, ὁράτε, βλέπετε δότο τὸ ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τὸ ζύμης ἡρώδου.
- 16. Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.
- 17. Καὶ γινεο Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς, τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; ἔγω νοεῖτε, ἔδὲ σιωπετε; ἐπὶ πεπωραμῶν ἔχετε τίλλυ καρδίαν ὑμῶν;
- 18. Ὁφθαλμοὺς ἔχοντες ἔδὲ βλέπετε; καὶ ὅτι ἔχοντες οὐκ ἀμνηστετε, καὶ ἔδὲ μνημονεύετε.
- 19. Ὅτε τὰς πέντε ἄρτους ἐκλάσα εἰς τὰς πεντακισχίλιους, πῶσας κοφίνους πληρεῖς κλασμάτων ἤρατε, λέγουσιν αὐτῶν, δώδεκα.
- 20. Ὅτε γὰρ τὰς ἑπτὰ εἰς τὰς τετρακισχίλιους, πῶσων σφύρων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; οἱ δὲ εἶπον; ἑπτὰ.
- 21. Καὶ ἔλεγε αὐτοῖς; πῶς ἔδὲ νοεῖτε;

- 11. Et egressi sunt Pharisei, ceperuntq; disputare cum illo, quærentes ab eo signum e caelo tentantes eum.
- 12. Et cum ingemisset Spiritu suo, dicit: cur generatio hæc signum querit? amen dico vobis, si dabitur generationi huic signum.
- 13. Et relicto illis, ingressus rursus navim, abiit trajecto lacu.
- 14. Et obliti fuerant sumere panes, nec præter unum panem habebant secum in navi.
- 15. Et præcepit illis, dicens: Videte, cavete à fermento Pharisaorum & à fermento Herodis.
- 16. Et disputabant inter sese dicentes, panes non habemus.
- 17. Et eo cognito, JESUS dicit illis: quid disputatis quod panes non habetis: nondum animadvertitis, nec intelligitis, adhuc occæcatum habetis cor vestrum?
- 18. Oculos habentes non cernitis, & aures habentes non auditis, & non meministis?
- 19. Cum quinq; panes fregissem in hominum quinq; millia, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei: duodecim.
- 20. Cum autem septem in quatuor millia, quot sportas ex reliquis fragmentorum tulistis? Illi vero dixerunt: septem.
- 21. Et dixit illis, qui fit, ut non intelligatis?

Harmonia huius Historiæ.

β Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῶν, Ζητούντες πρὸς αὐτὸν σημεῖον δότο ἔρανε.

β Et egressi sunt Pharisei, ceperuntq; disputare cum illo, quærentes ab eo signum e caelo, α & aggressi

Καὶ

Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, ἐπε-
 ρώσαντες, ἀπερώτησαν αὐτὸν, ἀ σημείον ἐκ τῶν οὐρανῶν ὀπι-
 θέλαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἰδοὺς αὐτοὺς, εἶπεν αὐτοῖς, οὐδὲν
 ἰδοῦμαι λέγετε, εὐδοκία, πύρρα εἶναι τὸ οὐρανὸς. Καὶ
 περὶ ἡμεῶν χειμῶν, πύρρα εἶναι τὸ οὐρανὸς γινώσχετε. Δι-
 σπασαίτω, τὸ εὐδὸς ὡς ἔρανος γινώσχετε. Δι-
 κρεῖται, τὸ σημεῖον τῆς κηρῶν ἐξ ἀνάστασε; ἢ καὶ ἀνα-
 στασεως τὸ πνεῦμα αὐτῶν, λέγει; ἢ ἡ ψυχή αὐτῆς ση-
 μείον ὀπιθέται; ἢ γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίστη σημεῖον ὀπι-
 θέται, καὶ σημεῖον ἐξ ἀνάστασε αὐτῆς. Ἐὰ μὲν λέγω ὑμῖν,
 εἰ δὲ ἴσθητε τὴν ψυχή αὐτῆς σημεῖον, ἀ εἰ μὴ τὸ σημεῖον
 ἰωάννα ὁ πατριάρχης. Ἐ καὶ καταλιπόντων αὐτοὺς, ἔβη εἰς τὸ
 λιμὸν τῶν ἀπλῶν, ἐ ἀνήλθεν, ἔβη εἰς τὸ πέραν. καὶ ἐλθόντες οἱ
 μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπέλαθον ἑαυτοὺς λαβεῖν.
 Ἐ καὶ εἰ μὴ ἦν ἄρτος οὐκ ἔχοντες ἐαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ. Ἄ ὁ
 ἴσθητε, ἢ διεσέλλετο ἑ αὐτοῖς λέγων; ὁράτε, ἢ βλέπετε
 καὶ ὡς σέχετε ἐξ ἀπλῶν τῶν ζυμῶν τῶν Φαρισαίων, καὶ σαδδουκαί-
 ων, ἢ καὶ τῶν ζυμῶν ἡρώδου. Ἐ οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς
 ἢ ὡς ἀλλήλους, ἐ λέγοντες, οὐκ ἄρτος οὐκ ἔλαβον οὐδὲν. Ἦν
 ἴσθητε εἶπεν αὐτοῖς, πῶς διελογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς ὀπι-
 θέτε; ἐ καὶ ἄρτος οὐκ ἔλαβετε, ὡς πῶς οὐκ ἔλαβετε; ἢ
 ὡς πεπρωμένους ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; ὁφ-
 θαλμοὺς ἔχοντες, ἢ βλέπετε; καὶ ὡς ἔχοντες οὐκ ἀκούετε,
 ἐ καὶ ἢ μνημονεύετε; ἄρτος πέντε ἀρτους τῶν πεντακισχι-
 λίων, καὶ πῶς κοφίνους ἔλαβετε. Οὐδέ τις ἐπίστα ἄρτους
 τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πῶς κοφίνους ἔλαβετε. ἢ ὅτε
 τὸς πέντε ἀρτους ἐκλάσας εἰς τὰς πεντακισχιλίους, πῶς
 κοφίνους ἀπλήρεις κλασματῶν ἔρατε; λέγουσιν αὐτῶν, δώ-
 δεκα. Ὅτε ὡς τὸς ἐπίστα εἰς τὰς τετρακισχιλίους, πῶς
 ἀπλήρεις κλασματῶν ἔρατε; οἱ δὲ εἶπον, ἑπτά. Καὶ ἐλεγε
 αὐτοῖς; ἐ πῶς ἐ ποιεῖτε; οἱ δὲ ἀπε-
 ῖπεν ὑμῖν, ὡς σέχευεν ἄρτος τῶν ζυμῶν τῶν Φαρισαίων
 ἐ σαδδουκαίων. Τότε συνέκρινεν, οἱ δὲ οὐκ εἶπεν ὡς σέχευεν
 ἄρτος τῶν ζυμῶν, ἀρτους ἄλλοι ἄρτοι τῶν διδασκῶν τῶν
 Φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.

Pharisei una cum Sadduceis e tentantes, a rogabant e-
 eum, a ut signum e celo ostenderet ipsis. At ille respon-
 dens, dixit eis: Cum caperit esse vespera, dicitis, serenitas
 erit, nam rubet caelum. Et mane, hodie tempestas,
 rubet enim caelum triste. Hypocrita, faciem cali-
 scitis dijudicare, signa vero temporum non potestis? b Et
 cum ingemisset Spiritu suo, dicit: cur generatio haec si-
 gnum querit? a Natio prava & adultera signum requi-
 rit, & signum non dabitur ei, b amen dico vobis, si dabi-
 tur generationi huic signum, a nisi signum Jonae Prophe-
 ta. a Et relictis illis, b ingressus rursus navim, c abiit
 trajecto lacu. a Et cum venissent discipuli ejus in ulterio-
 rem ripam, b obliti fuerant sumere panes, b nec prater
 unum panem habebant secum in navi. e JESUS autem
 b praecepit ei illis, dicens: Videte, b observate a & ca-
 vete a fermento Herodis. e At illi reputabant a intra-
 sese, b alius ad alium dicentes: panes non sumimus.
 Quod ubi cognovit JESUS, dixit illis: quid cogitatis a
 intrinsecus vobis, o parumvidentes, e quod panes non sum-
 seritis? Nondum animadvertitis, nec intelligitis, ad-
 huc occaecatum habetis cor vestrum? Oculos habentes
 non cernitis, & aures habentes non auditis, e & non
 meministis? a quinq; illos panes, cum homines essent quin-
 quies mille, & quos cophinos sustuleritis. Neg, septem
 illos panes, cum homines essent quater mille, & quot spor-
 tas acceperitis. b Cum quinq; panes fregissem in
 hominum quinq; millia, quot cophinos fragmentis
 plenos sustulistis? Dicunt ei: duodecim. Cum autem
 septem in quatuor millia, quot portas ex reliquiis frag-
 mentorum tulistis? Illi vero dixerunt: septem. Et di-
 xit illis, e qui sit, ut non intelligatis? a me non de pane dixisse
 vobis illud, ut caveretis a fermento Phariseorum &
 Sadduceorum. Tunc intellexerunt, quod non suffisset ca-
 vere a fermento panis, sed a doctrina Phariseorum & Sad-
 duceorum.

Periocha hujus Historiae.

Tama repetiti miraculi illius insignis, quo Chri-
 stus, postquam invalidos multos curaverat,
 paucis panibus aliquod chiliades hominum pave-
 rat, statim tum reliquis vicinas regiones, tum to-
 tam Galilaeam pervasit: ita ut Pharisei timerent,
 ne Jesus ab omnibus pro Messia agnosceretur &
 reciperetur. Egressi igitur ex celebrioribus civita-
 tibus, ubi Synagoga erant, accesserunt ad Jesum,
 & ceperunt cum eo disputare, ut inquit Marcus.
 Hos enim solos ille nominat, eo quod totius hu-
 jus negotii ipsi auctores & quasi Duces fuerint.
 Quia autem re ipsa fenserunt se longè infirmiores
 esse, quam ut huic, qui ipsissima est veritas, resiste-
 re possent, ideo in auxilium accersunt Sadduceos,
 qui una cum ipsis Christum aggrediuntur. Cogi-
 ta hic, Christiane lector, quam disparis inter se fue-
 rint religionis hi Christi adversarii. Pharisei salu-
 tem & felicitatem in externa legis observatione &
 morum honestate collocabant. Sadducei haec ni-
 hili faciebant: siquidem Spiritus tam bonos, quam
 malos, animarum item immortalitatem, corpo-
 rum resurrectionem, quae omnis religionis princi-
 pia sunt, negarunt. Et tamen adversus Christum ha-
 duae adversus invicem pugnantibus sectae in unum
 conspirarunt. Sicuti adhuc hodie saepenumero
 usu venire solet, ut illi, qui alias inter se acerrime

pugnant, si tamen contra Christum & ipsius Ev-
 angelium agendum sit, inter se coeant. Exempli
 loco sunt Jesuitae & Calviniani, qui licet alias ho-
 stiliter inter se dissentiant, adversus tamen Evan-
 gelicos se conjungunt. Ex Christi autem sermone
 ad discipulos colligere licet, etiam Herodianos se-
 se huic adjunxisse. Habuerunt enim Herodiani
 aulicam quandam Theologiam, quam temporè
 accommodabant, sicque & Phariseis & Sadduceis
 sese probabant. Herodes enim cum Phariseis ex-
 ternam Judaismi professionem retinebat: intus
 vero & in cute cum Sadduceis omnem religio-
 nem ridebat, & tantum mundanam potentiam,
 opes & dignitates quaerebat. Quales hodie etiam
 multi inveniuntur, qui singularem quandam &
 politicam dexteritatem vel industriam esse arbi-
 trantur, si latam illam & late vagantem religio-
 nem colant, qua externa & blanda conversatione
 sese omnibus probare student, interim syncerio-
 rem animi pietatem rident, atque fidem in Chri-
 stum omnem spernunt, praestabilius esse existi-
 mantes, ut ita vitae suae rationes instituant, quo hu-
 jus mundi bonis frui ipsis liceat, quam ut de futu-
 rae vitae felicitate, de qua dubitant, cum quoquam
 litigent. Pharisei itaque, Herodiani, & Sadducei fa-
 cile inter se consentiunt & conveniunt, si Chri-
 stum

stum oppugnare debeant. Christus verò solus illis omnibus resistit. Nam & ipse solus relictus sibi soli sufficit. Urgent subinde Calviniani, & in eo sæpe numero ipsi adstipulantur quidam politici, ut nos Lutherani ipsis contra Pontificios nos conjungamus. Sic enim nos cum illis conjunctos hisce terribiliores futuros. Et quidem quod politicam conjunctionem attinet, eam suo loco relinquimus. Si tamen, quod res est, dicere velimus: Satius est, nos solos ab omnibus derelictos, Christo & ipsius veritati adherere, quam alterutri parti contra alteram adstipulantes nostræ Confessioni eam notam inurere, quasi Christus citra Belialis patrocinium consistere nequeat. Per nos autem Jesuitæ & Calviniani, cum Anabaptistis & Schvenckfeldianis, in unum coeant contra nos, quodcumque & quomodocumque voluerint. Indicium enim hoc est, eos Pharisæorum, Sadducæorum & Herodianorum vestigiis insistere, nos verò cum Christo ipsorum telis & machinationibus objectos esse.

Cæterum operæ pretium est inquirere, quodnam fuerit thema *συζητησεως*, disputationis inter Pharisæos & Christum. Testantur autem ambo Evangelistæ, ipsos petiisse *signum de celo*, hoc est, quæstionem fuisse *de signis*, de tempore atque persona Messia. Et hanc quæstionem ipsos non movisse discendi, sed *tentandi* studio: nimirum ut in tanta luce miraculorum Christi, quæ etiam ipsorum oculis perfringebat, haberent, quod specie aliqua prætereundum essent: ut & ipsi tergiversarentur, & apud reliquos auctoritatem illorum miraculorum, à Christo editorum, elevarent. *Tentantes ergo petebant signum.* Nec dubium est, quin speciose verbis malitiam suam & animi virulentiam texerint. Dixerunt: Magister bone, prædixerunt sanè Prophetæ, Deum Messia daturum signa, quibus se mundo manifestet, nec negamus nos, te hactenus aliqua signa in sanandis ægris & cibandis famelicis edidisse. Sed eadem quibusdam adhuc humiliora esse videntur, quam ut iis permovereantur, quo assensum tibi præbeant, & propter illa te Messiam esse credant. Possunt enim aliqui, ut ipse novisti, dicere, te illa edere virtute Beelzebub. Non ergo ægrè feras, si abs te petamus, ut edas sublimius *signum de celo*. Si enim Deus patienter tulit, nec iratus est, quod Gedeon Jud. 6. v. 38. duabus vicibus ab ipso signum petiit, quo confirmaretur, quod certo Midianitas superaturus esset: Si item Deus 2. Reg. 20. v. 11. in gratiam Ezechiaë umbram reduxit decem gradibus in horologio Achaz, quo is certus esset de sanitate recuperanda: Cur indignè ferres, si etiam nos petamus signum de celo, quo Dei voluntatem de tua persona & officio nobis comprobet? Etenim Moysis doctrinam coelitus accepimus, nosque custodes ejus constituti sumus: ratione itaque officii nos obstricti sumus, ut vigilemus, ne & populus fidei nostræ commissus, & nos cum ipso temere seducamur. Quod autem Pharisæi signum de celo petentes, *Christum tentasse* dicuntur, ex eo patet, quod omnes, qui non sunt verbo DEI contenti, sed insuper cælestia signa postulant: quod item illi, qui à verbo Dei deficiunt, quando vel non datur, vel non ita datur, quod libido ipsorum postulat, Deum tentent. Sicuti etiam Israelitæ, Pl. 78. v. 56. Deum tentasse, & Dominum excelsum exacerbasse: item 1.

Cor. 10. v. 9. Christum tentasse, & à serpentibus Num. 21. v. 6. periisse dicuntur. Hoc observare debebant illi, qui etiam hodie ab Evangelicis signa postulant, quibus veritatem doctrinæ Evangelicæ comprobent. Obijciunt nobis, nos ne ægrum quidem canem sanum facere posse: ac proinde doctrinam nostram merito fidem derogari. Respondet: si novam doctrinam afferremus, jure quodam signa à nobis postulant. Verum quia nihil aliud docemus, quam quod cum Scriptura divinitus inspirata, adeoque cum primis Christianæ religionis principiis, utpote cum Decalogo, Symbolo Apostolico, Oratione Dominica, Sacramentis Baptismi & cœnæ Dominicæ, denique cum doctrina clavium regni cœlorum, quæ Christi & Apostolorum miraculis, Martyrum vero sanguine abunde confirmata sunt, exactissimè conveniunt, certissimus, quod, quicumque his non contenti insuper signa petunt, Deum tentent, & à Christo non minus repulsum laturi sint, quam hoc loco Pharisæi & Sadducæi.

Videamus etiam, quid & qualiter Christus Pharisæis in hac disputatione respondeat. Tria autem diligentius consideranda obveniunt. Nam Christus videns innatam illam malitiam, quod homo, cum divina lux oculos ipsius illustrat, ipse petulenter eos claudat, & sollicitè prætextum querat, ut in media luce cœcutire possit, *ingeniis suis Spiritu*, & facit antithesin. In externis tanta est solertia, & diligentia humani ingenii, ut etiam in mutatione aeris, qua nihil est instabilius, deprehendat signa serenitatis & tempestatis: in spiritualibus, cum Deus dato peculiari verbo voluntatem suam patefaciat, multi non curant, quidam contumaciter repugnant, ne ad agnitionem perveniant: ac proinde primum ostendit, eos præter necessitatem & justam causam signum cœlestem petere. Secundo, duriter eos increpat, atque cum indignatione rejicit, vocans generationem adulteram & hypocritas, ut qui non ex ignorantia, sed destinata malitia errarent, & tamen præterderent, se signa querere, ne temere amplexerentur: quare se tale signum, quale ipsi petant, daturum negat. Tertio mox relictis ipsis discedit in ulteriorem ripam. Singula diligentius excutiamus. Causam justam petendi signum cœlestem ipsos habere propterea negat: quia adeo industrii essent, ut acumine sui ingenii ex naturalibus signis aeris, iisque incertis & instabilibus nosset colligere dierum sive serenitatem sive pluvias: & ex certis atque indubitatis illis signis, quæ Scriptura sacra de Messia adventu præscriperit, & quæ impleta esse quotidie oculis suis contuerentur, nollent agnoscere, quis ipse esset. Nam ipsos alloquens dicit: *si vespere caelum rubeat, dicitis, erudicia, serenitas erit.* Illa enim rubedo nubium raritatem & aeris puritatem significat. Hebræus Matthæus habet hoc loco vocabulum *זבוב* *Zobbar*, quod existat Exod. 24. v. 10. & à septuaginta redditum est *ὡσπερ εἶδος σποραμάτων* & *ὡσπερ ἄνθος καὶ ἰσότης*, sicut aspectus cæli in serenitate, & significat talem serenitatem, mundiciem & puritatem cæli, quæ simul & nitet & lucet. Quando autem *mane caelum rubet, dicitis, erit tempestas*: eo quod nubes sint densiores, quam quas Sol interdiu consumere vel discutere possit. Dicitur autem *caelum* *συννεφον*, *crispe*, vel quia dispositione sua tristitiam homi-

hominibus affert: vel potius respicit hoc vocabulo ad Psal. 18. in quo David multis verbis tempestatem describit, & indicat, quomodo Deus in castratus torvum videat, ita ut fumus ascendat in ira ejus, & ignis à facie ipsius exardescat. Quamquam septuaginta hoc vocabulo ibi non sint usi. Marci tamen 10. vers. 22. *εὐρησθήσονται* usurpatur de juvene tristi, & jungitur ei *λυπησθήσονται*. Dicit ergo Christus: *Hypocrite*, in rebus exterioribus & Physicis prudentes estis, quippe qui ex aspectu cœli potestis diducere serenitatem aeris & tempestatem: at in rebus DEI nec potestis nec vultis cognoscere signa salutis & tempus visitationis vestrae atque praesentiae Christi. Etenim DEUS in verbo suo *signa temporum*, hoc est, ex quibus cognosci possit, novissimos dies, quibus Messias adventurus esset, praeforibus adesse, satis luculenter expresserat. Etenim praedictum fuit Genes. 49. vers. 10. sceptrum auferendum à Juda, Dan. 9. vers. 26. post hebdomades 62. Christum occidendum, Jesa. 11. vers. 1. domum Regis Davidis ad eam egestatem redactam iri, ut aridus truncus Isai & radix exsiccata videatur, Jesa. 35. vers. 5. cœcorum oculos aperiendos, surdorum aures referendas esse: futurum item, ut claudii exsiliant tanquam cervi, & mutorum lingua laudes Deo jubilet. Atqui haec omnia vel impleta esse, vel quotidie impleri, Pharisei oculis suis cernebant. Sentiebant jugum Romani Imperii, cui censum exsolvere cogebantur: ex supputatione cognoscere poterant hebdomadas illas, ab instaurata urbe constitutas, esse evolutas: Davidis posteros de regno & principatu dejectos & in summa miseria vivere sciebant: miraculosas denique sanationes undequaque fieri audiebant: & tamen cernentibus oculis caeci esse volebant. Unde merito à Christo *hypocrite* dicuntur: quia simulabant se veritatem inquirere, quam tamen ostensam cernere nolebant. Imo, hanc ipsorum malitiam & contumaciam diligenter expendens, *ingemuit spiritu*, id est, non carnali affectu nec externo tantum gestu, sed intimo cordis affectu: condolens ipsos ingenii acumine in instabili aere aliquid certi deprehendere posse: quæ autem in certo Dei verbo sunt revelata, propria malitia agnoscere & suscipere nolle. Ergo Christus hoc loco non damnat Astronomiam, ut quidam volunt: cujus Phariseos studiosos fuisse Nicolaus de Lyra asseruit. Sed opponit inter se Physicam & spiritualiam: & dicit, in Physicis quidem ipsos naturæ absconditam sagacitate ingenii sui deprehendere posse: in spiritualibus autem, quicquid habeant ingenii & industriae, id eo conferre, ut lucem divinitus accensam obscurent. Utinam vero nos non idem de nostrorum hominem perversitate jure optimo conqueri cogemur: quod nimirum in iis, quæ corpori serviunt, sint satis industrii & perspicaces, quæ vero ad animæ salutem pertinent, & signa sunt imminentes, & jam praeforibus adstantis novissimi adventus Christi, in iis talis sunt cœciores. Nam *temporum*, hoc est, utriusque adventus (sicuti in Daniele sæpè de temporibus legitur) signa probe observanda esse, non inepte Chrysostronus & Augustinus ex hoc loco monuerunt. Ut autem aliud signum est serenitatis, aliud tempestatis: ita aliud signum fuit primi adventus, nimirum *signum*

Harm. Tom. I.

Jona, seu passionis, ut audiemus, aliud signum secundi adventus, ubi virtutes cœlorum movebuntur. Et nos, qui in fines seculorum incidimus, hæc signa attendere debebamus. Sed hic se aperit foecordia & oscitantia humani ingenii, quod in externis indagandis solertiam suam conspiciendam præbet, in iis vero quæ ad sempiternam salutem faciunt, supina desidia & foecordia laborat. Agricola ex motu Lunæ exactissime observant commoda tempora arationis, sationis, messis. Sagacissime explorant venatores lustra ferarum, aucupes volatum avium, piscatores profunditatem lacuum & fluviorum, ut prædam aliquam auferant, Mercatores, monopola, nummularii, mirificam solertia artes suas usurarias exercent, ut multum pecuniæ corradant. Nautæ, hominum genus barbarum & agreste, tanta industria positum stellarum, situm insularum, ventorum & tempestatum prognostica observant, ut excellentissimos Astronomos illarum rerum peritia superent, & magnam admiratione totum terrarum orbem circumnavigent. Sed quotusquisque est, qui ex signis, quotidie in oculos nostros incidentibus, agnoscat, imminere magnum illum Domini diem, quo Christus in gloria Patris venturus est judicare vivos & mortuos, ex illa agnitione vitam suam emendet? In ecclesia revelatus est homo peccati & filius perditionis, qui per multos annos sedet in templo Dei, præ se ferens, se esse Deum, 2. Thess. 2. vers. 3. Doctrinæ demoniorum, quibus conjugium & libertas ciborum prohibita fuerunt, ex DEI verbo refutatae sunt, 1. Timoth. 4. v. 3. Surgunt passim Pseudoprophetae & phantastici homines, qui graves errores, noxia schismata & dissensiones acres in religione pariunt, Matth. 24. vers. 24. In politica omnia bellorum rumoribus perstrepunt, horrendi motus, seditiones, intestina & externa bella in omnibus fere gentibus fervent: nulla fides in contractibus: jus & justitia passim exsulant: juramentis homines ludunt, tanquam pueri astragalus: subditi passim exsurgunt: nec tamen ea defensio, quæ jure naturæ ipsis debetur, præstatur. In œconomia, omniunt rerum caritas crescit: silvæ lignis, aquæ piscibus, aer volatilibus, urbes probis civibus, pagi fidelibus colonis destituuntur: fides etiam inter sanguine junctos rara, dilectio autem fere tota extincta est: *despotia* dominatur inter parentes & liberos, testamenta etiam officiosissime confecta rescinduntur, aliena bona appetuntur, propria dissipantur, ex raptu vivitur, nec hospes ab hospite tutus. Accedunt his gravissima prodigia, certissima iræ Dei prænumcia, quibus quasi cœlum ardere, armatas acies concurrere, ejaculationes globorum cernere videmur. Ad hæc mutato naturæ & temporum ordine, hyemem in æstare, æstatem in media hyeme fere habemus: unde vel hyems humidior fata perdit: vel æstas frigidior fruges ad maturitatem excoquere nequit: fructus vero arborum, vel pruina adusti, vel venenosa pluvia corrupti, vel à vermibus erosi pereunt. Denique tota mundi machina laborare, & sub gravi pondere peccatorum gemere, atque ruinam minitari videtur. Hæc novissimi adventus signa certissima esse, Christus, Paulus, & Petrus apertissime prædixerunt. Et tamen passim non tantum in aulis

Hhhh

Princi-

Principum, sed etiam in curiis Senatorum & pagis rusticorum ita editur, bibitur, saltatur, luditur, ac si in ipso gratioso Dei sinu recubaremus, & per multa secula à fine mundi ad huc abessemus. Sed & hanc ipsam securitatem Christus Luc. 17. vers. 26. prædixit. Verum cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superveniet eis interitus, 1. Thes. 5. v. 3. Quare expurgimini, expurgimini, o vos pastores animarum, nolite esse speculatores cæci, nec canes muti, sed auditores vestros inclamate, extollite, ceu tubam, vocem vestram, & annunciate novissimi sæculi hominibus scelera eorum, & singulis peccata eorum, & operam date, si forsàn veterum, si non ex omnium, tamen ex aliquorum oculis excutere possitis. Et si maxime surdo mundo fabulam narremus, tamen officium strenuè faciamus: labor non erit omnis irritus in Domino, & si maxime plus non proficiamus, nostras tamen animas liberabimus.

Postquam autem Jesus ostendit, Phariseos & Sadducæos absque ulla iusta causa cœlesti signum petere, quandoquidem Scripturæ signa abunde ipsis suppetant: jam secundo diserte negat se ipsis signum è cœlo daturum. *Natio hæc prava & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei.* Quare Pharisei, imo & Judæi in genere, natio prava & adultera dicatur, licet à sanctissimis patribus Abrahamo, Isaac & Jacobo descenderint, supra cap. 59. Harmonia copiose exposuimus. Mirum degeneres, & quasi ex adulteris progeniti, à sanctorum Patriarcharum fide & pietate toto cœlo discrepabant. Ideo præ indignatione interposito juramento asseverat, ipsis tale signum, quale petebant, non esse dandum. *Amen dico vobis, si dabitur generationi huic signum.* Est *δοσιώνησις* & reticentia Hebræis in juramentis usitata. Complectur autem oratio, si jungatur id, quod jurantes sibi ipsis imprecari solent, nisi id, quod jurant ita se habeat, sicuti jurant. Hac vero retinentia Spiritus sanctus nos modestiæ in jurando admonet, ne nos ipsos temere devoveamus. Addit tamen tribus verbis: *nisi signum Jonæ*, q. d. tale signum vobis dabitur, quod nisi pœnitentiam agatis, præsentissimum exitium vobis afferet. Et quidem supra cap. 59. Harm. etiam ostendimus, quomodo Jonas tum passionis, tum resurrectionis Christi typus & signum fuerit. Quia vero hic *Jonam Prophetam*, simpliciter adducit, eo vult innuere, ut totam historiam consideremus, eamque tum nobis, tum Judæis accommodemus, tum intelligemus, quomodo *Jonas* Judæis fuerit signum. 1. Jonas à nautis, quibus se concredidit, in mare ejicitur, & quantum in ipsis neci datur: Christus à Judæis, quibus peculiariter promissus erat, & ad quos tanquam ad peculium suum venerat, ex urbe sancta exturbatur & occiditur. 2. Jonas mortis periculum volens adiit, ut navim & in ea navigantes servaret: Christus occisus est, quia voluit, ut Ecclesia & in ea credentes servarentur. 3. Jonas in mare ejectus tempestatem sedavit: Christus mortis suæ merito iram Patris sedavit, nobisque tranquillitatem conscientia reduxit. 4. Jonas post triduum ex balenæ ventre rejectus Ninivitis pœnitentiam prædicavit; & respicientibus salutem attulit: Christus tertia die redivivus per Apostolos tam Judæis quam gentibus pœnitentiam prædica-

vit, & plurimi etiam ex Judæis respicientes servati sunt. 5. Ninivite, licet non statim quadagesimo die post prædicationem Jonæ interierint, tamen quia in priora scelera relapsi sunt, paulo post perierunt, ut ex Propheta Nahum colligitur: ita Judæi quadagesimo post resurrectionem Christi anno, quia Christum rejecerunt, Evangelii doctrinam spreverunt, & in malitia sua perseverarunt, funditus à Romanis sunt excisi. Sic omnino *Jonas Prophetam* Judæis fuit signum. Movere hæc nos debent, ut conciones pœnitentiæ fidelibus & obsequentibus auribus suscipiamus: alias nobis non tantum Jonæ, sed & omnium Prophetarum atque Apostolorum signum dabitur: hoc est, experiemur reipsa & in veritate, impleri illa omnia, quæcumque illi pœnitentibus sunt comminati. Imo Christus ipse omnium Prophetarum Coryphæus & Princeps, morte sua nobis signum erit. Si enim in viridi ligno ista acciderunt: quid in arido fiet? Luc. 23. v. 31. Etsi pios Christi cultores, qui neminem offenderunt, & quibus mundus non est dignus, Heb. 11. v. 38. egere, esurire, exulare, in solitudinibus errare, affligi & occidi videmus: quid putabimus restare iis, qui nullum neque peccandi finem, neque respicientiæ initium invenire possunt? Talia mundo pœnitere nescio, acriter sunt inculcanda.

Denique Christus *relictis illis discedit*, indignos illos judicans, quibus cum ipse diutius versetur. Recte enim D. Hilarius observavit: Christum hic non, ut alias, & in præcedenti historia factum est, dimissis turbis abiisse, sed quia infidelitatis error insolentium animos obtinebat, eos reliquisse. *καταλιπών enim αὐτοῖς* hic dicitur, non *δοσιώνων*. Et ut satis procul ab ipsis abeat, *navim ingressus lacum trajecit*. Non autem est dubium, quin Pharisei & Sadducæi sibi ipsis gratulati sint, quod suis disputationibus Christum à se removerint, & quasi cedere coegerint. Sed nimium infausta est istiusmodi gratulatio, quando Christus pellitur. Sicuti Jesuitæ in Austria, Styria, Carinthia & Carniola sibi gratulantur, quando Evangelicos expellunt. Quantum vero proficiant, incolæ illarum regionum, magno cum suo suorumque detrimento, experiuntur. Loco enim Evangelicorum Christianorum irrupunt ad ipsos immanes Turci, qui omnia vi occupant & miserabiliter vastant. Ubi enim Christus recedit, ibi regnum Dei & cum eo justitiam, pacem & gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. v. 17. simul aufert: in quorum locum succedunt ira Dei, maledictio, dolor, & conscientia inquietudo, quam fere desperatio cum interitu externo, interno & æterno sequuntur. Hæc Phariseis cum tota Judæorum multitudine accidisse, in iisque miseris adhuc hodie ipsos hæere scimus. Ipsorum itaque exemplo edocti, filium Dei in hac ultima mundi senecta cum Evangelio suo nobiscum retinere discamus, ut in eo, & cum eo perpetuam felicitatem consequamur.

II. Sequitur altera pars historiae. Nam Christus, postquam Phariseos cum indignatione reliquisset, & cum suis navim transfreturus ascendisset, ab ipsis Phariseis, cum quibus ipsi negotium fuerat, occasionem sumit suos instruendi. Ostenditur igitur discrimen inter firmos & contumaces. Pharisei nolunt admittere miracula Jesu, doctrinam nolunt intelligere sed depravant

Aposto-

Apostoli miracula suscipiunt, doctrinam admittunt, sed in usu hallucinantur, & est infirmitas: quam ipsam tamen Christus reprehendit & emendat. Primo autem, ut ostendat, se justam habuisse causam Phariseis & Sadducæis indignandi, eosque rejiciendi, dicit: *Videte, observate & cavete à fermento Phariseorum & Sadducæorum, & à fermento Herodis.* Est hic sermo Metaphoricus, sicut eum Evangelista Matthæus ipse interpretatur, inquit, Christum instruisse *cavere à doctrina Phariseorum & Sadducæorum.* Sicut enim Joan. 6. Christus ex miraculo quinque panum occasione sumit docendi de pane coelesti, qui vitam affert mundo: ita hic ex miraculo septem panum nuper edito & eorum fermentatione occasionem sumit Apostolos instituendi de fermento Phariseorum & Sadducæorum, quo illi sinceram doctrinam verbi divini, quod est panis vitæ, corrumpunt. Fermenti enim nomine significatur id, quod late serpit, & alia quoque ad se trahit. Unde interdum in bonam partem accipitur, ut Matth. 13. v. 33. in parabola de tribus satis. Plerumque autem accipitur in malam partem, ut 1. Cor. 5. v. 6. & Gal. 5. v. 8. & hic: ubi denotat id, quo nativa rei puritas inficitur, & opponitur puro ac simplici Dei verbo. Hic igitur diligenter considerandum & exacte constituendum est, quid Christus per *fermentum* proprie intellectum & rejectum velit. Illud vero hoc modo simplicissime deprehendemus. Plus uno non est verum. Verum autem hoc est Verbum Dei: Sermo tuus, o Pater, (inquit Christus Joan. 17. v. 17.) est veritas. Hoc verbum Deus per Moysen & Prophetas dederat Judæis, & quousque hoc verbum scriptum scrutabantur, eosque habebant in eo vitam æternam. Joan. 5. v. 39. Ideo Christus de Scribis & Phariseis populo dicit Matth. 23. v. 2. sedent illi super cathedram Moysis: omnia ergo quæcunque dixerint (scilicet ex Moysæ & Prophetis) servate & facite. Jam vero multa sunt devia, quæ à simplici via veritatis, in verbo Dei comprehensa, alios quidem ad dextram, alios vero ad sinistram abducunt. Et quidem ad dextram declinabant Pharisei. Hi legi Moysis scriptæ assuebant suas traditiones & ceremonias, quarum observatione homines coram Deo justos & sanctos effici alii persuadebant, ut neque Dei gratia neque Messie merito indigerent. Hæc fiducia propriae justitiæ fuit instar fermenti, quo Judæi turgidi & inflati, dum propriam justitiam statuere nituntur, justitiæ Dei non fuerunt subiecti. Rom. 10. vers. 3. Ad sinistram autem declinabant Sadducæi, qui omnem religionis sensum excusserant, & dum animarum immortalitatem atque corporum resurrectionem in dubium vocarunt, carni ad effractionem peccandi licentiam viam aperuerunt. Epicura hæc opinio non immerito quoque fermento confertur: quia ubi semel illi locus datur, ibi totam vitam ita pervadit, ut omnes ejus mores foetidissimis sceleribus, Paulo teste 1. Cor. 15. vers. 33. corrumpat, & tales homines efficiat, qui Dei contemptores atque proximi oppressores apertissime evadant. Nemo ergo miretur, Christum hic duo hominum genera, quæ alias *diabolus* inter se discordant, combinare, quia fere hæc Diaboli est astutia, ut homines calcariam fugientes, in carbonariam inducat, hoc est, efficiat, ut in alterutrum

Harm. Tom. I.

veritati oppositorum extremum, sive in Scyllam, sive in Charybdim, incidentes, fidei naufragium patiantur. Quin & tertios Christus his duobus adjungit, *Herodianos* qui ex duobus non integris, sed corruptis tertium conciebant magis corruptum: nimirum mixturam quandam religionis, ex Pharisæismo pariter & Sadducæismo conflata. Ex utraque enim secta receperunt ea, quæ ad stabilendam dominationem commodissima videbantur, ut sic populum in regis sui partes traherent. Quia enim vaticinia Prophetarum omnia fuerant impleta, nec ullus alius appareret Rex, Herodiani Doctores, vel assentatores potius, ipsum Herodem Messiam esse contendebant. Jam ergo assequimur, quid Christus hic per *fermentum* intelligat: nimirum corruptelam sincero Dei verbo ex hominum sive traditionibus sive ratione superadditam. Et non inepte *fermento* confertur. *Fermentum* enim videtur res non magni momenti, sed tamen intrinsecam aduersionem admissa, totam massam acidam reddit. Sic leviculum & nullius momenti esse videtur hoc vel illud doctrinæ addere. Quod nam enim periculum ex additiuncula aliqua enascetur? Sed corruptela etiam minima, semel recepta, serpit ut cancer, 2. Tim. 2. 17. totum hominem occupat, mentem ejus adversus Deum & ipsius verbum inflat atque extollit, sicque ipsum Deo exosum & insipidum reddit. Hinc recte D. Hieronymus dixit: Fermentum farinæ mixtum, quod parum videbatur, crescit in majus, & ad saporem suum totam conspersionem trahit: ita hæresis. Quod si vero Jesus Scribas & Phariseos, qui in ordinaria fuerunt successione, taxavit, eosque cavere voluit, eo quod Dei verbo sua commenta adderent: quid non larvaris nostris Episcopis facturus fuisset? Glorietur Pontifex Romanus se sedere in cathedra Petri: quod tamen nunquam probare potest. Sed esto, sedeat: Cathedra non facit successione, sed doctrina. Sic ergo Christus nobis diciturus esset: Sedent super cathedra Petri Apostoli Papæ Romani & ejus Episcopi: omnia ergo, quæcunque dixerint, (scilicet ex Prophetarum & Apostolorum scriptis, cui unico fundamento superstructi estis, ipso summo angulari lapide Jesu Christo, Eph. 2. v. 20.) servate & facite. Hoc etiam facimus. Nam ex medio Papatu accepimus sacrum codicem Bibliorum, scripta Prophetarum & Apostolorum, & una cum eis Decalogum, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, Baptismi & Cœnæ sacræ institutionem, cum potestate clavium. Hæc mordicus retinemus & urgemus. Quod vero Pontificii ex una parte puriorem doctrinam suis traditionibus & additionibus adulterant, novis ceremoniis divinum cultum onerant, & sine Dei mandato speciosum reddere cupiunt, simplicem fidei justificationem negant, opera vero & vires humanas extollunt. Calviniani vero ex altera parte mysteria divina ad rationis suæ trutinam examinant, majestatem Christi hominis negant, Sacramentorum vim & *energiam* enervant, nec plus credere volunt, quam intellectus ipsorum humanus capit. Quod denique quidam, sive aulici, sive politici, omnem religionem ludibrio habent, & eousque eam fovent, quousque ad stabilendum mundanum dominium conducere videtur: interim ita vivunt, ut eos Empactas esse, 2. Petr. 3. v. 3. & neque Deum

Hhhh 2

neque

neque Satanam, neque cœlum, neque inferos credere manifeste appareat. Hæc & similia tanquam fermentum à Satana saniori doctrinæ & alimento, à Deo ad vitam nobis concessio, aspersum fugimus & detestamur.

Porro verba, quibus Christus nos fermentum cavere præcepit, diligentius sunt expendenda. Non dicit, occidite, suspendite tales, ad rogam cum ipsis properate, comburite hæreticos: ut Jesuitarum flabella Reges & Principes ad hujusmodi inhumanitatem impellunt. Sed dicit: *ὄρατε. βλέπετε καὶ προσέχετε*, videte, attendite, & cavete. Tribus verbis utitur, quo Apostoli & reliqui omnes intelligant, rem illam, à qua ipsos tam sancte & serio dehortatur, esse modis omnibus detestandam. Deus enim etiam levissimas purioris suæ doctrinæ corruptelas nullo modo ferre potest.

I. Videte, vult ut sui discipuli & Christiani non instar cœcorum mox cuius spiritui applaudant, sed Spiritus probent, & videant, an ex Deo sint. I. Joan. 4. v. 1. II. *Observate*, vult, ut diligenter examinent, quod docetur, & singula expendant: ne quovis vento doctrinæ se circumferri sinant. Eph. 4. v. 14. Ideo Paulus dicit 1. The. 5. v. 21. omnia probate, & quod bonum est tenete. Quodcumque vero malum fuerit, de eo Christus hic dicit 3. *Cavete*. Vult devitari & rejici falsa dogmata, quæ à veritate abducunt, absque omni personarum respectu, sive sint Pharisei, hoc est, doctissimi, sive Sadducæi, qui tum fere Pontificatum administrabant, sive Herodiani, qui regali dignitate superbiebant. Fides enim nostra non ex hominibus, sed ex Deo ipsiusque verbo dependere debet.

Hanc Christi adeo necessariam commonefactionem discipuli prorsus non intelligunt. Nam quoniam Judæi non habebant communem victum cum Samaritanis, eo quod hi excommunicati essent, putabant Apostoli Christum, quoad Phariseos, Sadducæos & Herodem idem velle, ut habeant nimirum eos pro excommunicatis, à quorum victu per omnia abstineant. Et quoniam tantum unum panem secum sumserant, nec aliunde, nisi ab illis, qui istarum trium sectarum uni adducti essent, panem acquirere poterant, solliciti redduntur, unde in posterum victui necessaria acquirere velint. Disputant ergo inter se: hoc notat & arguit Dominus, quod *panes non sumimus*. Sic vero loquentes produnt, quod duplici ignorantia sive officiantia laborent, quarum neutra excusari potest. Una, quod nuper admodum ex Christo audivissent, hominem non inquinari ab iis, quæ per os ejus ingrediuntur. Unde hætenus videbant Christum ad Phariseorum mensas accedere, neque ab ipsorum panibus abhorre. Siquidem cibus, etiam ab excommunicatis, emtus neminem coram Deo immundum reddit. Altera, quod intra breve temporis spatium duo miracula vidissent, quibus Christus paucis panibus magnam hominum multitudinem satiavit. Jam vero adeo pusillanimes redduntur, ac si manus ipsius esset decurtata, nec eadem virtute etiam ipsos unico illo pane sustentare posset. Nos autem hic non de discipulis tantum cogitemus, quin potius in iis etiam nostram adeoque communem humanam mentis infirmitatem & cœcitatem agnoscamus. Quæ tanta est, ut tantum præsentibus intenti, sicubi

media nos deficient, mox de salute nostra in unum verum actum putemus: nec animo recolimus priora Dei beneficia, quorum consideratione fides & spes in nobis ali poterant. Fecerunt id olim Israelitæ in deserto, qui licet stupenda Dei opera in Ægypto vidissent, unde colligere potuissent, nunquam Deum ipsis defuturum, si modo ipsi sequerentur, ipsiusque regnum serio quaererent: tamen quoties vel panis, vel aqua, vel carnes deficiebant, toties suam diffidentiam murmure adversus Deum prodebant. Idem postea tempore Judicum & Regum, si quando ab hostibus premebantur, miraculose à Deo liberati sunt. Unde colligere potuissent, ipsum solum esse Regem & protectorem sui populi, nec aliunde auxilia esse conquirenda. Et tamen subinde ad confederationes cum vicinis gentibus respexerunt, quasi ipsorum incolumitati aliter consuli non posset. Eadem stupiditate & nos laboramus: tam privatim, quam publice. Quoties Deus mirabiliter & nos & Ecclesiam aluit, servavit, erexit? Quoties re ipsa experti sumus, quam potens ipsius dextera sit ad juvandum? Et tamen, si quando difficultas aliqua incidit, nec ad manum sit auxilium ali-quod evidens & illustre, protinus trepidare & de Dei potentia atque bonitate dubitare incipimus. Hanc stupiditatem nostram agnoscamus, & corrigamus.

Nam Christus, qui alias suorum infirmitates patienter tulit, nec discipulos reprehendit, cum nuper in deserto dicerent, unde sumemus panes? hic tamen ipsorum diffidentia offensus, adeo acriter ipsos corripit, ut nunquam acrius omnes simul reprehendisse legatur. Ideo longum dialogum cum ipsis instituit, in quo ipsos examinat, quid ex duobus illis miraculis, non ita pridem editis, adhuc meminissent. Tercio etiam utriusque Evangelistæ verba in Harmonia integra retinere volui, ut tanto rectius hujus Sermocinationis vim & sensum perciperemus. Nam unum idemque bis terve inculcando, tanto pressius ipsos urgere voluit. Dicit primum: *Quid discipulati, quod panes non sumseritis*, cum toties jam experti sitis, quod illis non sit opus? Secundo: *Nondum animi advertitis, nec intelligitis?* Stultitiæ & stupiditatis eos accusat, eo quod ex tot miraculis non didicissent, quod divina potentia præditus esset. Tertio: *Occæcatum habetis cor? oculos habentes non cernitis? aures habentes non auditis?* Gravissimum crimen ipsis objicit, quod alias scriptura Jesh. 6. v. 9. & Rom. 1. v. 21. reprobis attribuit & habetur pro pœna, quæ Deus contumaciam hominum adversus ipsius verbum punire solet. Quarto: *Non meministis?* Oblivionem exprobrat, & bina illa miracula, quinque & septem panum, bis repetens, ex proprio ipsorum ore confessionem elicet, quæ ipsos convincat, quod citra omnem causam anxii & solliciti sint de pane & victu, dum ipsum sequuntur. Ex his discamus, quantopere Deus offendatur, non tantum nostra diffidentia, sed etiam, quando verbum auditum non ad usum transferimus. Apostoli audiebant doctrinam Christi, & opera ejus cum admiratione intuebantur: sed quoties necessitas usum flagitabat, torres hallucinabantur & trepidabant. Hoc Christus reprehendit. Quia non satis est doctrinam & ejus

eius sensum tenere; sed præcipuum est, ut ad usum transferatur. Simul ergo in hac sua reprehensione tradit pulcherrimam regulam, quomodo fides doctrinam auditam & opera Dei visa ad usum transferre debeat: ut scilicet ea diligenti animadversione cordi ita imprimantur, quo sequatur cogitatio de praxi seu usu: cor quoque memoriam præteritorum beneficiorum sic conservet, ut & in præsentem & in futura necessitate inde concipiat fiduciam, futuram, ut nunquam à Christo, cui firma fide inhæreat, deseratur. Ponit autem Christus quatuor vocabula νοεῖτε, animadvertite, συνειπάτε intelligite, μνημονεύετε meminisse debetis, ἀλιζομένη exiguâ fide prædicit. Horum vocabulorum, emphasis si recte consideretur, tunc illa hanc regulam & tradunt & illustrant, 1. νοεῖν refertur ad mentem: & designat animam ita ad rem aliquam intendere, ne illa oculos aures & mentem præterfluat: Matth. 24. vers. 15. & Ephes. 3. v. 4. jungitur cum legere, ubi indicatur, quod attente lecta sint consideranda. Nam legere & non intelligere, est negligere. 1. Sam. 4. v. 20. usurpatur de nuru Heli, cui dicebant mulieres: ne timeas, filium peperisti: ipsa vero nihil respondit, καὶ οὐκ ἐνόησεν ἡ κούρη αὐτῆς, non movebatur muliercularum ipsam consolantium verbis, nec animum iis intendebat. Ideo Paulus Timotheo scripsit 2. Tim. 2. vers. 7. νοεῖ ἀλέγω. Animum intende his, quæ dico. Ita si verbum Dei audiamus, vel opera ejus sentiamus, decet animum ad ea intendere sicuti Lydia Actor. 16. vers. 14. animum intendit his, quæ à Paulo dicebantur. Quamquam ibi sit verbum προσέχων. 2. συνίημι non significat simplicem agnitionem, sed quæ cum deliberatione est conjuncta: ut cum architectus vel faber de ædificanda domo consultat. Sicut Exod. 36. vers. 1. artificibus tribuitur, qui erant gnari συνίεναι πῶς ἐργαζοῦν, ut scirent fabre operari, quæ in usum sanctuarii necessaria erant. Complectitur ergo συνίημι intellectum practicum, & significat industriam diligentiamque adhibere in rebus agendis, atque opponitur incogitantia seu socordia. Ideo Jos. 1. v. 7. de Josua, 1. Sam. 13. vers. 14. de Davide. 2. Reg. 18. de Hiskia usurpatur, & redditum est: prospere agebant in omnibus, ad quæ pergebant. Et respondet Hebræo חָבַק שְׂבֹכָל, quod proprie significat intelligere. Quoniam autem qui sapiunt, feliciter res suas administrant, & assequuntur vota: ob id prospere agere significat. Psalm. 82. vers. 7. responderet Hebr. חָבַק Bim, quod significat intrinsecus in mente & intellectu, certo quodam ordine & distinctione disponere, & considerare, qualis res aliqua sit aut esse debeat: sicuti architectus ædificium in certa habitacula distribuit, ut quis commode habitet. Apud prophanos νοεῖν plus est, quam συνίημι. Potest ergo, si quis velit, inverso ordine explicari. 3. μνημονεύειν responderet Hebræo זָכַר Zokar, quod significat id, quod in corde reservatum, revolvit, sicque ea remissionem ad pietatem & timorem Dei seipsum excitare Exod. 13. v. 3. μνημονεύετε mementote hujus diei, qua egressi estis ex Aegypto, ut hujus beneficii oblivio nunquam vos capiat, sed DEUM timeatis & colatis. Thobias 1. vers. 13. Non comedi polluta: quia ἐμνήμην, memor fui Dei mei in toto corde meo. Quo verbo amorem suum

Harm. Tom. I.

erga veram religionem indicare voluit. Amor enim facit, ne rei alicujus facile obliviscamur. Ex horum vocabulorum consideratione manifestum evadit, unde ἀλιζομένη & dissidentia oritur in Christi sectatoribus. Nimirum quando doctrinam Christi audientes, & opera ejus spectantes, primum animum non advertunt, sed præter aures avolare ea patiuntur, & oculis cœcutientibus vident: Quando deinde intra animum non perpendunt, nec ad praxin traducere nituntur: quando denique eorum, quæ vel audierunt vel viderunt, penitus obliviscuntur. Ex hoc oritur cœcœcatio cordis, ut inde facilis sit prolapsus in reprobam mentem, nisi Christus gravi correptione & increpatione nos in viam reducat.

Interim in hac historia illud consolatione plenum est, quod Christus, licet discipulos hæsitantes gravissime corripiat: non tamen eos abjicit, sed clementer sustinet & instituit. Quia nimirum nec ipsi ab eo deficiebant, sed eum sequebantur, & apud ipsum proficere cupiebant. Eandem benignitatem etiam erga nos exercet in nostris infirmitatibus. Væ nobis, si Deus secundum firmitatem fidei nostræ nobiscum agere vellet, dudum justam causam nos omnes abjiciendi habuisset. Sed novit quale figmentum simus. Ideo sicut pater miseretur filiorum: ita Dominus miseretur nostri. Psalm. 103. vers. 13. Habemus enim Pontificem, qui possit nostris infirmitatibus compati, Hebr. 4. v. 15. nec vult calamum quassatum conterere, aut linum fumigans extinguere. El. 42. v. 3. modo paternas correptiones admittamus. Hujus nostri capitis exemplo admoniti, & ipsi discamus infirmum in fide assumere: Rom. 14. vers. 1. & præoccupatos in delicto spiritu lenitatis instruere. Gal. 6. v. 1.

At vero effectus hujus correctionis non est oscitanter prætereundus, de quo Matthæus dicit: tunc intellexerunt, quod jussisset cavere, non à fermento panis, sed à doctrina Phariseorum & Sadduceorum. Non tantum propterea, ut animadvertamus liberiores verbi prædicationem hominibus veterum excutere, ut in posterum majori attentione verbum Dei expendant, & rectius illud intelligere incipiant. Unde Paulus suis Corinthiis dixit. 1. Cor. 4. vers. ult. Quid vultis? ut virga veniam ad vos: an in caritate & spiritu mansuetudinis? Pastoralis enim correptio, est instar spiritualis ferulæ, de qua illud Salomonis Proverb. 22. vers. 15. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga discipline fugabit eam. Sed etiam propter hanc causam, ut hinc addiscamus Christi mortem, qui quando sermones suos non ad literam intelligi voluit, discipulos autem in litera hære & errare animadvertit, mox ἀλιζομένη ipse addit, ut sic eos ab errore revocet, atque ad verum sensum & intellectum adducat. Hinc observare licet, quod ubique Christus, quando parabolas vel παραβολὰς populo proposuit, quæ aliter intelligi debent, quam litera sonat, eas vel ipse postea discipulis exposuerit, vel certe aut in principio aut in fine sententiam aliquam adjecerit, ex qua sensus totius parabolici, metaphoricæ vel figurati sermonis percipi queat. Conducit hæc observatio, ut in controversia Sacramen-

Hhhh 3

cramen

cramentaria eo facilius & felicius nox expedire possimus. Contendunt Calviniani: propositionem hanc: (Fermentum Pharisaorum est hypocritis vel falsa doctrina) esse figuratam. Atque hinc inferunt. Ergo etiam illa propositio (panis est corpus Christi) est figurata. Et quidem illam priorem vel per tropum Metaphoræ, vel per tropum Metonymiæ (ubi copula Est pro significat ponatur) esse explicandam. Ergo etiam posteriorem Propositionem vel Metaphorice vel Metonymice esse exponendam. Hic nos respondemus. In neutra Propositione ullam Metonymiam locum habere: quia nusquam ejusmodi Metonymicæ Propositiones inveniuntur, quibus signum de signato enuncietur per copulam Est. Metaphoræ autem tropo locum concedimus in priore Propositione: quia Christus ipse sua correptione monstrat in vocula *fermenti* tropum esse, qui aliter sit exponendus, quam litera præ se ferat. At vero hinc inferre velle: Ergo in doctrina Sacramenti, Propositio (panis est corpus meum) etiam est figurata, hoc vero absurdissimum, & Christi ingenio profus contrarium.

est. Nam si vel subjectum Propositionis (nimirum voculam) vel ejus prædicatum (corpus meum) figurate intelligi voluisset, & Apostolos, quod in literali sensu hærent, errare vidisset, omnino pro more suo eos monuisset, & alicubi commonstrasset, verba sua aliter, quam ut sonant, esse accipienda. Quia vero Christus nullibi *ἀσθενῶσαν* monstravit, sed non tantum Mattheus, Marcus & Lucas eadem verba in descriptione Cœnæ retinent, verum etiam Paulus 1. Corinth. 11. vers. 23. iisdem literis ea repetit, & se à Domino illud, cum in gloria esset, accepisse testatur: Meritissime nobis piaculum est à verborum sensu proprio recedere. Os enim Domini locutum hoc est, quod panis Cœnæ sit ejus corpus. Panis autem hic verum & nativum panem denotat; corporeis quoque vox verum & naturale filii Dei corpus, quod pro nobis traditum est, denotat. Quid ergo opus est tropum fingere, ubi nullus habetur? Nos in simplicitate literæ simpliciter acquiescimus: modum autem, quomodo panis sit corpus Christi, potentia ejus, qui hoc dixit, relinquimus.

CAPUT LXXXIV.

CONTINENS HISTORIAM SANATI

COECI IN BETHSAIDA, MARC. 8.

vers. 22.

RATIO ORDINIS.

In ordine sequitur miraculum, quod solus Marcus describit, de cæco, cui Christus non confestim in momento, sed sensim & quasi per gradus visum restituit. Quod pulcherrime ad ea, quæ præcesserunt, convenit. Cum enim modo Apostolis suis Dominus dixisset, quod *ocæcatum adhuc cor haberent, & oculos non cernentes*: sicque eos ad desiderium spiritualis visionis excitasset: hic jam ad oculum (ut dicitur) ipsis ostendit, spiritualementem illam visionis restitutionem, quæ ad salutem conducit, non nisi à Deo per Messiam Mediatorem commu-

nicari. Sicuti Moyses Israelitis suis dixit, Deut. 10. vers. 4. Dominus non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possint audire usque in præsentem diem. Quin & illud commonstrat, quod gratia illa visionis non ita detur, ut statim sit absoluta & numeris omnibus perfecta: sed habere illam suos quasi gradus, quibus augeatur, crescat & confirmetur, si acceptis initiis exerceatur & excolatur. Ubi tamen inter ipsa incrementa semper opus sit oratione, manu Christi, & operatione Spiritus sancti. Sicuti pluribus illud postea declarabimus.

HISTORIA COECI IN BETHSAIDA SENSIM SANATI

MARC. 8.

22. καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν, καὶ φέρουσιν αὐτῷ τὸ φλόν, καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἵνα αὐτὸς ἀψήγηται.

23. καὶ ὀππλάσθη αὐτὸν τῆ χειρὸς τοῦ φλόν, ἐξήγαγον αὐτὸν ἐξ ὧ τῶ κώμης, καὶ πύσεις εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, καὶ ὀππλάσθη πρὸς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπηρώτα αὐτὸν, εἰ βλέπει.

24. καὶ αἰσθεύσας ἔλεγε, βλέπω. τὸς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατεῖντας.

25. εἶτα πάλιν ἐπέθηκε πρὸς χεῖρας ὀππλάσθη αὐτοῦ τὸς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐπίσησεν αὐτὸν αἰσθεύσας, καὶ ὀππλάσθη πρὸς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπέθηκε πρὸς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπέθηκε πρὸς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπέθηκε πρὸς χεῖρας αὐτοῦ.

26. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸ οἶκον αὐτοῦ λέγων, μὴ δεῖ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κώμην, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κώμην, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κώμην.

22. Et venit in Bethsaidam, & adducunt illi cæcum, & obsecrant eum, ut illum tangeret.

23. Et apprehensa manu cæci eduxit illum extra vicum, & cum expuisset in oculos illius, imposuissetque illi manus, interrogavit eum, si quid videret.

24. Et recepto visu dicebat, Video homines, quoniam velut arbores cerno ambulantes.

25. Deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & fecit ut visum reciperet, & restitutus est, ac denuo videbat dilucide omnes.

26. Et dimisit illum in domum suam dicens: neq; in vicum ingrediaris, neq; dixeris cuiquam in vico.

Periocha